

A. D. Habichhorst
I. Henningius.
Meletemata et theoremata
theologica.
Rostochii. 1690.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

1,-508.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4º
1 1 01 0 4 02060 X

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4º 2060

PHILOCALIA,

complectens

SELECTA

MELETEMATA & THEOREMATA

THEOLOGICA,

QUAM

Divino aſpirante Numine,

in illuſtri Acad. Roſtochienſi,

PRÆSIDE

VIRO Perquam Reverendo, Ampliſſimo & Excellentiſſimo,

DN. ANDR. DANIELE

HABICHHORSTIO,

S. S. Theol. Doct, & Profeſſ. Publ. Ordinario

longè celeberrimo, Conſiſtorii Duc. Mecklenburgici Aſſeſſore,

Ampliſſimiq; Collegii Profeſſorum Ducalium Seniore, nec non

FCtis Theologicæ h. t. DECANO ſpectatiſſimo,

DN. Fautore ſummoperè honorando

Ad. d. VII. Octob. Anni MDCLXXXX,

Horis ante-& pomeridianis, in Auditorio Majori,

Pro Honoribus & Privilegiis DOCTORALIBUS ritè obtinendis,

INAUGURALI DISPUTATIONE

ſubmittit

SIMON HENNINGIUS, Hauniens.

Templ. Cathedr, hîc Archi-Diac. & Cænobii S. C. Paſtor.

Roſtochi, Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Acad. Typogr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

Servatore Hominum Duce.

PRÆFAMEN.

NOtatu digna ſunt verba Hieronymi: *In vetere via novam ſemitam qværimus & in antiqva detritaq; materia rudem artis excogitamus elegantiam, ut nec eadem ſint & eadem ſint. Unum iter & perveniendi qvò cupias multa compendia. Epiſt. ad Geront.* Qvibus *monente Eraſmo in Scholiis*, id ſignificat, qvod in Arte Poetica præcipit Horatius, ut vulgatum & multis tractatum argumentum ita tractemus, ut novum reddatur. *Publica materies privati juris erit &c.* Idipſum in præſenti Diſp. obſervatum volui, vetera tractans dogmata, novâ ſubinde formâ uſus.

2. Ceterùm qvi ad ſcribendum āpplicat animum, vix iniqvos poteſt effugere cenſores. Scitè Hieronymus: *Aut nihil ſcribendum fuit, ne hominum judicium ſubiremus; Aut ſcribentes noſſe cunctorum adverſum nos maledicorum tela torqvenda. Qvos obſecro ut qvieſcant & deſinant maledicere &c. Epiſt. ad Nepot.* Idem mihi forſan

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

obtinget, qvi primum profero doctrinæ ſpecimen. Verùm enim verò ingenuis & candidis, qvi eruditionem & modeſtiam unà colunt ac æſtimant, id offero; haut tamen invideo, ſi illud inſulſi qvoq; & infidæ cultores invidiæ, qvorum hoc ſeculo ubertas eſt, tollant. Rectè nonnemo ait: *Uti felix eſt amicitia, quæ cum ſapiente & virtuoſo contrahitur; ſic ſvave eſt, hoſtes habere, qvos virtute & doctrinâ facis.* Erycius Puteanus in Thyrſ. Philot. n. 48. de ſemetipſo hunc in modum ſcribit: *Cum tabulas & rationes amicitiæ inſpicio: ſunt, qvos ſcio eſſe amicos; ſunt, qvos ſuſpicor, qvorum ingenia & animos non poſſum noſcere, ad amici partem, an ad inimici perveniant.* Opto, omnes, ſic promant ingenium, ut amorem provocent, ſic animum, ut fucum & fraudem deteſtentur. (3.) Cum verò titulus huic Diſputationi præfixus non cuivis ſit obvius, paucis eundem declarabo, ut vis & uſus vocis eò magis innoteſcat. Origenis ſcriptis peculiaris inſeritur tractatus, hoc præferens nomen: PHILOCALIA *Conf. Riv. Tom. 2. p. 851. Crit. ſacr. Danhaw.* Dr. Sacr. p. 345. Quid v. ſit *Philocalia* Gregorii Epiſtola demonſtrat, quæ LXXXVIII. numeratur & ad Theodorum Tyaneum Epiſcopum tranſmiſſa, in qua hæc leguntur verba: *Ut â me aliquod ipſe quoque habeas & â ſancto Baſilio monumentum, Electum Originis libellum ad te miſimus, in quo excerpta habentur ſtudioſis utilia, quæ tu accipere ne gravare, tùm quid inde fructus & ſtudio & Spiritu adjutus ceperis, ſignifica. Conf. Edit. & annot. Spencer. Cantabrig. &* Petrum. Huetium in Origenian. l. 2. c. 4. ſect. 1. §. 5. p. 198. n. V. *qvi hæc inter alia refert: Baſilius & Gregorius Theologus objecta ſibi ab Arrianis Adamantij teſtimonia in commodum trahere maluerunt ſenſum, quam contemptis iisdem debito honore auctorem fraudare. Imo vero ex ejusdem operibus aſſidua lectione â ſe contritis egregia quæque ſelecta in unum congeſſerunt*

geſſerunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

geſſerunt volumen & ob res præclarè cogitatas PHILOCALIÆ titulo inſcriptum ad Theodorum Tyaneum Epiſcopum miſerunt. Confer *qvoqve eundem L. 3. c. 3. ſect. 2. p. 268. n. VIII.* Joh. Tarinus in notis, quibus Origenis illuſtravit Philocaliam, teſtimonium Photii his adducit verbis: *Origenem* ὁ θεόλογος γρηγόριος ἐν ἐπιστολαῖς φιλόκαλον λέγει, & ſtatim ſubjicit: *Hanc verò non Origenis magis, quâm Baſilii & Gregorii* φιλοκαλωτάτων *eſſe dixerim.* (4.) Hujus uſum vocis apud Latinos, Auguſtini ævo videre licet in 2. contra Acad. p. 96. Edit. Pariſ. 1571. *philocalia,* inqvit Auguſtinus, *vulgo iſta dicitur. Ne contemnas nomen hoc ex vulgi opinione; nam philocalia & Philoſophia propè ſimiliter cognominatæ ſunt & quaſi gentiles inter ſe videri volunt & ſunt. Quid eſt enim philoſophia? amor ſapientiæ. Quid philocalia? amor pulchritudinis. Quære de Græcis. Quid ergo ſapientia? nonne ipſa vera eſt pulchritudo? Germanæ igitur iſtæ ſunt prorſus & eodem parente procreatæ &c. &c.* Et lib. 1. Retract. c. 1. *Aut Philocalia, qvæ dicitur, nonniſi in nugis eſt, & ob hoc philoſophiæ nulla ratione germana. Aut ſi propterea eſt hoc nomen honorandum, qvia latinè interpretatum, amorem ſignificat pulchritudinis & eſt vera ac ſumma ſapientiæ pulchritudo, eadem ipſa eſt in rebus incorporalibus atq; ſummis philolocalia, qvæ & philoſophia, neq; ullo modo ſunt qvaſi ſorores duæ. &c.* Videtur igitur Auguſtinus taliter arguere: Philocalia copulatur cum philoſophia, Ergo vel eſt philoſophia vel titulus ſine re. (5.) Ceterum reſpondere licebat cum Genebrardo in Præfatione Oper. Origenis, philocaliam & philoſophiam ita diſtingui, ut illa ſit ſapientia rerum Divinarum, cœleſtium, qvæ non habeatur niſi ex divinâ revelatione ſeu ſcriptura ſacra; Hæc autem ſapientia rerum humanarum, Angelicarum vel Divinarum qvidem, ſed qvatenus conſtant ſub

 lumi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

umine rationis,qvomodo & Theologia & Angeloſophia datur philoſophica,qvoad illa qvæ de DEO & Angelis ſciuntur; prout Theologus agit de illis qvæ de DEO & Angelis creduntur (6.) Nihil igitur obſtat qvo minus & Philocaliæ nomine gaudeat philoſophia, qvæ qvatenus docetur & diſcitur, ab Ægyptiis ſacerdotibus primitus eſt inventa. Præ ceteris autem Philoſophia & Sapientia prima hoc meretur nomen, qvippe qvæ agit de Ente pulcherrimo, de ſubſtantia immobili, præeunte Ariſtotele, cui D. Johannes Brentius Tom. I. Op. Commen. in Gen. p. 3. egregium tribuit elogium: *Nullum*, ait, *fuit ingenium Ariſtotelico in toto orbe terrarum præſtantius & videtur in hunc virum effuſum fuiſſe, qvicqvid in his terris vis humani ingenij potuerit.* Qvamvis verò prædicto modo, tàm Philoſophia qvàm Theologia dici poſſit Philocalia; ſecundum excellentiam tamen Philocalia dicitur Theologia. Ex hac ſunt depromta, qvæ jam publico ſubjiciuntur examini. Succinctè non nulla & raptim ſcripta, qvia temporis anguſtiæ adaptata hîcdeprehunduntur, proptereaq; ſpero me facilè veniam â B. L. impetraturum.

LOCUS I.
DE
THEOLOGIA IN GENERE
SECT. I.
Exhibens
MELETEMATA,
Qvorum
I.

NOn immeritò dicitur Theologia doctrina A DEO, DE DEO, AD DEUM. Doctrina â DEO patefacta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

facta & peculiari inſtinctu revelata: De DEO ejusq; eſſentia, attributis, operationibus & voluntate diſſerens, Ad DEUM ejusq; venerationem in hac vita inchoandam in futura continuandam perducens (2.) JOHANNES Evangeliſta, Apoſtolus & Presbyter, qvi & titulo Theologi inſignitur, teſtis eſt, qvod Scriptura Sacra & huic innixa Theologia ſit doctrina â DEO c. VI. 45 de DEO c. V. 39. ad DEUM c. XX. 31. (3.) Dignitas venerandæ hujus diſciplinæ ex his tribus: Autore, objecto & fine luculenter elucescit, qvæ breviter complectitur, qvi dixerit: Theologia à DEO docetur, Deum docet, & ad DEUM, ducit. A DEO docetur, En Autorem! De DEO docet En objectum! Ad DEum ducit, en finem!

II. Tria dicuntur Theologo neceſſaria, *Oratio, Meditatio, Tentatio. Oratio* inchoat, Meditatio continuat, tentatio conſummat. (2.) Oratio ſanctum, Meditatio promtum, tentatio probatum reddit Theologum. (3.) In deſerto mundi errorum pleno oberramus, ne verò erremus, opus eſt oratione: In terra oblivionis vagamur, ne verò divagemur, opus eſt Meditatione: In Eccleſiâ militante verſamur, ut verò exerceamur, opus eſt tentatione (4.) Proin Oratio ſeria, meditatio crebra, tentatio varia eſt neceſſaria (5.) Oratio DEUM meditatio Verbum DEI, tentatio hoſtes DEI ſpectat. ADEO impetrat oratio auxilium: Ex Verbo DEI haurit meditatio conſilium: Ob hoſtes tentatio reqvirit exercitium.

SECTIO. II.

proponens

THEOREMATA,

qvorum

I.

Theologia eſt habitus Theoretico Practicus, ſ. Mixtus

SUppono (1.) quod Theologia notet ſermonem

pe

de DEO & licet hæc vox ſit ἄγραφος, tamen ſit nomen huic diſciplinæ ſatis congruum, (2.) Quod ynonymum Theologiæ non ſit θεοσέβεια niſi illi jungatur θεοσοφία. (3.) quod Theologia alia ſit falſa, alia vera, & hæc vel naturalis vel revelata, vel Catechetica ve- Acroamatica, vel hujus vel alterius vitæ (4.) qvod Theologia qvidem ſit habitus, non autem habitus Ariſtotelicus, ſed potius habitus θεόσδοτος ſeu Divinitus datus & infuſus. (5.) quod Theologia ſit unus tantùm certus & ſpecialis habitus; quodq́; minimé detur communis quidam Theologiæ habitus, cujus ope unusqvisq́; ſalvari queat & nomine Theologiæ quodlibeticæ venire ſolet. (6.) quod Theologia ſit habitus argumentativus, atq́; adeò licitum ſit in eâ conſeqventiis uti. His Prænotatis DICO: Theologia eſt habitus Theoretico-Practicus ſ. mixtus, PROBO: qvia eſt habitus partim ad Theoriam veritatis divinitus revelatæ: partim ad praxin bonorum operum & vitam Chriſtiano homine dignam & verbo DEI conformem deſtinatus. Non tantum enim Theologia inculcat, qvæ cognoſcenda & credenda ſunt, ſed etiam agenda diligenter injungit, ut â peccatis abſtineamus & mandatis DEI virtutes præcipientibus obtemperemus. Tendit igitur Theologiæ finis, tùm ad ſalvificam contemplationem Dei, ut cognoſcamus myſteria divinitus revelata, iisq́; aſſenſum certamq́; fiduciam præbeamus, tùm & ducit nos Theologia ad gratam bonorum operum praxin, (4). Conſtat ergo, qvod licet Theologia magnam partem participet de habito practico, cum & ipſæ contemplationes Theologicæ ſi ſalutares eſſe debeant, ad uſum & praxin ſint referendæ. Non enim illi qvi multa & ſubtilia in rebus ad fi-

dem

dem & vitam ſalvificam pertinentibus ſciunt, atqve de iis accurate diſputare & contendere poſſunt, aliqvem æternum animæ fructum inde percipient. Verendum potius ne plurimi Theologiam ſcientes, dum ad debitam praxin ſcientiam non adhibuerunt, juſto Dei judicio damnentur. Verum illi, qvi cum ſalutari ſcientia probam junxerunt vitam, ſentient aliqvando Divinæ gratiæ & juſtitiæ prœmium. Qvamvis vero ut diximus, Theologia talis ſit habitus practicus, non tamen omninò amittit naturam habitus theoretici. Multa enim myſteria nobis ad cognoſcendum & contemplandum ſunt propoſita, & seriò præcipitur â Deo, ut veritatem æqvè diligamus ac pacem i. e. uti cælitus patefactam veritatem ſedulò ſcrutemur & cum proximo noſtro concordiam mutuiq; amoris ſtudia excolamus Conf. Zach. VII. 9. 10. & c. VIII. 19. (5.) Cum v. aſſerimus Theologiam eſſe habitum Theoreticum non approbamus Theologiam hæterodoxam ſchiſmaticorum aut hæreticorum, neq; illorũ, qvi extrinſecè qvidem orthodoxa profitentur dogmata; ſed operibus Deum & divina abnegant. Nam qvod hæterodoxorum Theologiam attinet, illa non niſi nomine aut per abuſum vocabuli talis eſt. Nulla autem ratione digni ſunt honorifico Theologorum nomine, qvi in Deum ejusq; verbum vel apertè ſunt blaſphemi, vel callidis ſophiſmatibus ſcientiam ſacram malè interpretari & evertere conantur. Hinc jubemur ejusmodi falſarios fugere & vitare cùm ex Deo non ſint Pariter quoq; hominum eorum Theologiam deteſtamur qvi hypocritica ſanctitate veritatem cæleſtem crepant &, de ſe pietatis & doctrinæ famam vanè ſpargunt. Nam illi veritatem cœleſtem nunqvam rectè cognoverunt, aliàs & hæterodoxiam & ſcandaloſam abjurarent vitam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

Conf. Coloſſ. II. 23. III. 8. 2. Cor. VI. 4. ſeqq. (6.) Lubet ſub finem qvorundam Eccleſiæ Patrum teſtimonia huc facientia apponere. Ambroſius l. de Dign. Sac. c. 1. *Nec prærogativam mihimet ſcientiæ ſi hæc meis conſacerdotibus charitatis intuitu prærogem, vendicabo, aut vitæ perfectæ me eſſe fateor, cum de vita perfecta alios moneo, ſed potius eum hæc ad illos loqvi audeo, ſimul cum illis qvæ loqvor, audiam.* Et l. c. c. 3. *Dignè noſcamus qvid ſumus & qvod ſumus profeſſione, actione potius qvam nomine demonſtremus, ut nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini. Ne ſit nomen inane & crimen immane. Ne ſit honor ſublimis & vita deformis. Ne ſit deifica profeſſio & illicita actio, Ne ſit religioſus amictus & irreligioſus provectus: Ne ſit gradus excelſus & deformis exceſſus: Ne habeatur in Eccleſia Cathedra ſublimior & conſcientia reperiatur humilior: Ne locutionem ſimulemus columbinam & mentem habeamus caninam: Ne profeſſionem monſtremus ovinam & ferocitatem habeamus lupinam.* Et. l. c. c. 6. *Non ſolum qvia ipſe dum malè agit dignè perit, inſuper & alios ſecum indignè perdit.* Et Hieronymus in Epiſt. Marcellæ viduæ: *Erubeſcit qvamvis præclara doctrina, qvam propria reprehendit conſcientia.* Tantum de primo Theoremate, qvod vix ad finem perduxi, qvum præter omnem exſpectationem, actum Diſputatorium eſſe accelerandum ſentio. Qvapropter ſeqventia Theoremata & Meletemata in pauca conferre cogor & properare ad Theorema.

2. *Falſum eſt malitiam & pertinaciam ad omnem hæreſin ita reqviri, ut ſciri neqveat, qvænam placita & qvorum dogmata ſint hæretica dicenda.* Suppono, qvod vocabulum hæreſeos ſemper in malam accipiatur partem. Hoc prænotato DICO: Falſum eſt malitiam &c. PROBO: qvia aliàs fruſtranea forent omnia monita de vitandis

dis hæreticis. Ignoti enim nulla fuga. Confer. Matth. VII. 14. 15. Tit. III. 10. 1. Joh. IV. 1. Rectè *Chryſoſtomus* Homil. 2. in Geneſin. *Tametſi ſanam teneamus doctrinam, vitam autem negligamus, nihil nobis proderunt doctrinæ. Rurſus, ſi vitæ curam diligentem geſſerimus, in fidei autem placitis claudicaverimus,* neqve *ſic nobis aliquid lucri fuerit.* Ideo convenit utrinque ædificium hoc noſtrum ſpirituale communiri. Bene *Leo M.* ſerm. V. in Feſt. Nativ. *Non in ſolo opere virtutum, aut in ſola obſervantia mandatorum, ſed etiam in tramite fidei anguſta & ardua via eſt, quæ ducit ad vitam & magni laboris eſt, magnique diſcriminis, inter dubias imperitorum opiniones & veriſimiles falſitates per unam ſanæ doctrinæ ſemitam inoffenſis greſſibus ambulare & qvum undique ſe laquei erroris opponant, omne periculum deceptionis evadere.* Bernhardus l. 3. de Conſider. c. 1. *Dico autem hæreticos ſchiſmaticosqve: nam hic ſunt ſubverſi & ſubverſores canes ac ſciſſionem, vulpes ad fraudem. Erunt,* inqvam, *hujusmodi maximè tuo ſtudio aut corrigendi, ne pereant, aut ne perimant, coercendi.*

LOC. II.
DE PRINCIPIO THEOLOGIÆ
vel
DE SCRIPTURA SACRA
SECT. I.
exhibens
MELETEMATA
DE VERBI DIVINI VERITATE, BONITATE & UNITATE

TRia illa de omni Ente prædicari ſolita jure meritoqve de VERBO DEI enunciantur, quod nimirum ſit UNUM, VERUM, BONUM. UNITATEM demonſtrat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

Paulus Gal. 1. v. 8. 9. VERITATEM deprædicat *David* Pſ. XXXIII. 4. BONITATEM commendat *Apoſtolus* Hebr. VI. c. 5.

II. Verbum DEI eſt, Primum Unum, Unum Verum, Verum Bonum. Eſt primum Unum, quod redunivit DEUM & Hominem Gen. III. 15. Eſt Unum Verum, ſine quo nulli lux veritatis affulget Eſ. VIII. c. 20. v. Eſt Verum Bonum, quod cuncta promittit & præſtat bona, teſte *Joſua* c. XXIII. 14. v.

III. Verbum DEI eſt Unum & hoc Unum eſt neceſſarium Luc. X. 42. Verbum DEI eſt verum & hoc Verum eſt purum & ſincerum Pſ. XIX. 8. ſeqq. Verbum DEI eſt bonum & hoc bonum eſt perfectum, reddens perfectum hominem DEI. 2. Tim. III. 16. 17.

IV. Nullam æſtimo veritatem, niſi huic uni ſit innixa: ſecus enim non eſt Unitas Spiritus Eph. IV. 3. Nullam cenſeo veritatem, niſi ſit conformis huic Vero, qvod norma omnis veri Phil. *III. 16.* Nullum pendo bonum, niſi ex hoc bono ducat ortum. Nam ut habet Thema Pſalmi CXIX. verbum Dei eſt ſummum Bonum.

SECTIO II.
proponens
THEOREMATA.

1.

MErito doctrina de ſcriptura ſacra reliqvis Theologiæ dogmatibus præmittitur, cum ex illa principia fidei & vitæ Chriſtianæ unicè ſint deſumenda. Neq; enim ulla Theologiæ doctrina tradi aut cognoſci poteſt, niſi prævio Dei Verbo, adeoq; quod eſt principium credendorum & agendorum, id meritò præcognoſcendum eſt.

2. Autoritas Scripturæ duo complectitur: Vera-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

racitatem in iis de qvibus,& poteſtatem in eos ad qvos loqvitur, qvæ tanta eſt, qvanta eſt ejus qvi loqvitur, Dei nempe, qvi ſolus & Veracitatis infallibilis & poteſtatis irrefragabilis, qvâ & fidem in dictis & obedientiam in edictis unus per ſe meretur, alii omnes tantum propter ipſum. A qvo proinde ſolo tota ſcripturæ autoritas dependet. Unde habet ſcriptura, ut divinum ſit: verbum Inde & habet, ut ſummæ ac immotæ authoritatis apud Chriſtianos ſit, apud omnes homines eſſe debeat. Divinum autem eſſe â ſolo Deo habet. Omnia qvæ in ſcriptura ſacra continentur, ſunt Divinitus inſpirata, proindeq; univerſa ſcriptura uniformem obtinet autoritatem, id qvod diſertis verbis indigitat Apoſtolus 2. Tim. III. 16. Hinc qvoq; firmiter aſſerendum, qvod ſcriptores ſacri ſcientes egerint & ſcripſerint, non ignorantes & Ecſtaticis ſimiles: quodque nec lapſi ſint, nec labi potuerint quippe qui â SPIRITU SANCTO ſunt acti & in omnem veritatem ducti 2. Pet. 1. 21. Joh. XVI. 13.

3. Scriptura ſacra non quidem in phyſicis vel aliis materiis philoſophicis adhibenda velut norma, cũ non ſit homogenea (licet non in dubium vocanda quæ de iis in ſcriptura ſacra proponuntur) tamen norma ac regula credendi & agendi Chriſtianis eſſe debet, ex quâ de dogmatibus fidei judicare & ad quam vitam conformare debent, Confer Eſa. VIII. 20. Gal. VI. 16. Phil. III. 16. Canon hic exhibetur in libris Canonicis Veteris &. N. T. Quod vero hos concernit, ſolet communiter diſtingui inter Proto- & Deutero-Canonicos, quam diſtinctionem nec refellere nec probare in præſentia cupio, ſed hoc ſolum moneo, quod fruſtra dicatur â Veteribus tantum dubitatum fuiſſe de autore, non autoritate v. g. Epiſtolæ ad Hebræos. Nam ut reliquos hac vice prætercam, Hieronymus Tom. V. p. 38. Comm. Eſaiam c. VIII. con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

trarium ſatis innuit his verbis: Cæterum Beatus Apoſtolus in Epiſtola qvæ ad Hebræos ſcribitur, docet, (licet eam Latina Conſvetudo inter Canonicas ſcripturas non recipiat). Et certe B. Lutherus in Præf. Epiſt. ad Hebr. negat eam vel â Paulo vel ab ullo Apoſtolo ſcriptam imo Epiſtolis Apoſtolicis eſſe æqviparandam.

4. Scriptura ſacra eſt efficax medium illuminationis, converſionis ac ſalutis. Unde potentia Dei ad ſalutem Rom I. 16. & Spiritus ac vita vocatur Joh. VI. 63. 68. Et validis vocibus, phraſibus, ac ſimilibus potentia iſta Verbi paſſim exprimitur, ut cum igni, petræ, malleo, ſemini, ancipiti gladio, pluviæ & lumini comparatur. Et illam quidem efficaciam Verbum ſemper habet, etiam ante uſum, tanqvam Dei verbum. Confer: 1. Cor. II. 4. & 14. 1. Cor. I. 17. Jlluminatio autem iſta opus *SPIRITUS SANCTI* & Scripturæ Sacræ ſimul eſt. Non ſatis commodè igitur dicitur, Verbum Dei ad illuminationem influere minore & ignobiliore virtute, etſi fortè commodus ſubeſſe ſenſus videatur.

LOC. III.

DE DEO & DIVINIS.

SECT. I.

exhibens

MELETEMATA

De tribus luminibus qvibus DEUS T. O. M. ſe cognoſcendum præbet.

PATER luminum (Jac. I. 17.) ſub tribus ſe manifeſtat luminibus: ſub lumine naturæ ſolis intelligentibus, ſub lumine gratiæ ſolis ſanctis, ſub lumine gloriæ ſolis electis: Magnum eſt lumen naturæ, majus lumen gratiæ, maximum lumen gloriæ. Illud lucet in Macro- & Microcoſmo: Iſtud ſplendet in Eccleſia viſibili & inviſibili; hoc fulget in ſede & cætu beatorum & Angelorum. Tria hæc lumina ſunt ſibi ſubordinata. Eum enim in finem accenſum eſt lumen naturæ, ut ad lumen gratiæ & lumen gloriæ perducamur.

SECT. II.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

SECT. II.
proponens
THEOREMATA.

1. IN DEO datur Voluntas antecedens & conſeqvens. An autem illa rectè dicatur Miſericordiæ, hæc juſtitiæ, non videtur dubio carere, cum Voluntas conſeqvens ſit etiam Miſericordiæ & gratiæ.

2. Objectum potentiæ infinitæ dicitur omne poſſibile. Et hoc innuit Angelus creatus Luc. I. v. 37. & increatus Gen. XVIII. 14. Notari h. l. ſolet Hebraiſmus, qvo verbum ponitur pro reipſa. Sed qvid ſi qvis dubium moveat an dabilis ſit locus, in qvo taliter capiatur?

3. Creatio rectè ſoli & toti SS. TRINITATI tribuitur: An verò per דֹּ dicere in Hiſtoria Creationis FILIUS DEI ſignificetur, omnino dubitatur, nec deſunt rationes dubitandi, qvas publico reſervabimus conflictui.

4. Non injuriâ Hieronymus damnatur erroris, eò qvod negarit Dei Providentiam circa animalia irrationaliâ, cum evidenter teſtetur ſcriptura ſacra, qvod ſingula animalia & animaliū ſubjaceant Providentiæ divinæ, Confer. Matth. X. 29. Nituntur nonnulli & Philoſophi & Theologi Hieronymum ab hac vindicare injuria, ſed irrito conatu. Videatur ipſe Hieronymus Comment. in Habac. c. I. p. 187.

LOC. IV.
DE CHRISTO ejusq; gemino STATU
SECTIO I.
exhibens
MELETEMATA
in Joh. I. 14.

1. VERBUM, qvod dedit conſilium, tulit auxilium, CARO, ubi querela, ibi medela, FACTUM eſt, manendo qvod fuit, aſſumendo qvod non fuit.

2. VERBUM ſupra nos, CARO ſecundum nos, FACTUM eſt propter nos.

3. VERBUM qvod erat, CARO non erat, FACTUM eſt in unum, qvod eſt & manet utrumq;.

4. VERBUM: en Divinitatem! CARO; en humanitatem FACTUM eſt, en Unitatem Perſonæ!

5. VER-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060

5. VERBUM, O pretioſum Oraculum! CARO, O gratioſum Tabernaculum! FACTUM eſt, O glorioſum Miraculum!

SECTIO. II.

proponens

THEOREMATA

I.

GEminus datur ſtatus CHRISTI, Exinanitionis & Exaltationis Phil. II. 5.6.7. nec intermedius eſt ſtatuendus. Uterq; tamen CHRISTO competit, non ſecundum utramq; Naturam, ſed ſecundum Humanam Naturam, Confer. Pſ. CX. 7.

II. Malè vel exinanitio per κρύψιν, vel Exaltatio per φανέρωσιν deſcribitur: quia utraq; verè & realiter eſt facta.

III. Nec exinanitio ad paſſionem, mortem & ſepulturam eſt reſtringenda; Nec Exaltatio præſertim ſeſſio ad Dextram ad Incarnationem eſt extendenda. Quia ad illam tota vita inq; eâ præſtita obedientia pertinet Phil. II. 7.8. Hæc verò purgatione peccatorum factâ demum obtinet. Hebr. I. 3.

IV. Deſcenſus CHRISTI ad inferos alius eſt metaphoricus, alius proprius: alius virtualis alius realis: alius paſſivus alius activus; alius ignominioſus: alius glorioſus, Ille ad ſtatum Exinanitionis; hic ad ſtatum Exaltationis eſt referendus. Confer. Matth. XXVII, 46. Pſ. XVI. 9. 10. Epheſ. IV. 9. 10. 1. Petr. III. 19.

V. Falſò dicitur quod CHRISTUS ſuâ Exinanitione promeruerit ſui ſuper-exaltationem: quia illa propter nos noſtramq; ſalutem & gloriam eſt facta, uti id finis ejus miſſionis ſatis commonſtrat. Confer Joh. III. 16. Gal. IV. 5. Addendus eſſet Loc. V. & VI. agens de *Angelologia* & *Anthropologia*; ſed cum brevitatis ſtudium â Ven. Fac. Theol. ob imminentem promotionis actum mihi fuerit injunctum, finem impono. Si vires mihi & vitam vitæ & virium arbiter & Moderator DEUS conceſſerit, operam dabo, ut quæ hic breviore ſtylo dicta fuere, pleniore dehinc compenſentur. JESUS CHRISTUS heri, hodie & idem in ſecula, qui in doctrina pariter ac in perſona eſt immutabilis & idem ſibi perpetuò conſtans, ſua nobis ſemper ſit præſtò gratia!

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-508 4° 2060